



Universitätsbibliothek Paderborn

Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Cardinales nonnulli S. R. E. Monachorum Nigrorum, quorum tempus creationis, & a quibus Pontificibus promoti fuerint ignoratur, ordine alphabetico digesti. cap. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

siuisse fertur, quæ temporum iniuria, & hominum negligentia magna ex parte interierunt, quæ verò superesse feruntur, sunt subiecta,

Epiſtolarum Familiarium, Lib. i.

Quod S. Petrus fuerit Romæ, Lib. i.

Hi duo impressi sunt Venetiis, apud Franciscum Franciscum Senensem, anno 1573, in quarto.

Hymnorum diuerso metro, Lib. i.

De Viris illustribus Ordinis Monastici, Lib. i.

Hic erat MS. cooperatus viridi in Bibliotheca nostra Sancti Benedicti Mantuani, ut Catalogus librorum, qui apud me est MS. in membranis, prodit; ex qua tamen farto sublatuſ non reperitur.

Transtulit, & librum S. Basili Episcopi de virginitate, de Græco in Latinum sermonem, & alia nonnulla, quæ necedum uidi.

*Cardinales nonnulli, S. R. E. Monachorum Nigrorum,
quorum tempus creationis, & à quibus Pontificibus
promoti fuerint ignoratur, ordine alphabetico digesti. Cap. IX.*



NDREAS Hispanus, Monachus Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis . . . Episcopus pri-
mum Megarensis; deinde Ciuitatenis: mox Aia-
tensis; postremò S. R. E. Cardinalis, ac Pœnitentiarius, & Decretorum Docto: ut ipfe de se fate-
tur in Opusculo de forma & modo confitendi,
Antidorario animæ Domni Nicolai Abbatis de
Bogardis præfixo: quod & confirmatur à Ioanne Trittemio de vir. ill.
Ordinis Sancti Benedicti, libro secundo, capite 136. & libro quarto,
capite 43.

F. ALPHONSVS, Hispanus, Monachus, Ordinis Sancti Ben-
edicti Congreg. . . . S. R. E. Episcopus Cardinalis Portuenis.
Viuebat cum sequenti sub Alexandro Papa III.

F. ERNANDVS, Hispanus, Monachus Ordinis Sancti Benedi-
cti Congregationis . . . S. R. E. Presbyter Cardinalis, T. Sanctæ
Anastasie. Ex privilegio Indulgentiarum Ecclesiæ Sancti Marci, Ve-
netijs.

D. BER-

D. BERNARDVS, Gallus, Monachus primum, & Abbas S. Honorati de Lerino in Gallijs, deinde iussu Urbani Papæ 1111. Abbas Casinensis in Ordine L1X. postmodum S. R. E. Cardinalis. Obiit in Monasterio Casinensi, anno Domini 1282. pridie Nonas Aprilis, regiminis sui Abbatialis anno 19. & ibidem sepultus est.

A N N O T A T I O .

Petrus Bugianus Colloquio quarto Hist. Monast. promotionis huius Cardinalis meminit, errat tamen cum dicit eum uixisse, anno Domini 1151. cum centum & amplius annis post claveretur, ut ex Catalogo Abbatum Montis Casini accepimus, in quo nihil de Cardinalatu eius agitur: uidetur nihilominus Bugiani opinio fulciri, & testimonio ipsiusmet Bernardi, qui in Prologo Speculi Monachorum de Legatione sua ad Gallias agens sic loquitur statim in principio: Frequenter pulsatus, & a multis temporibus, maximè modernis, quando missus eram de mandato Sedis Apostolicæ, ut agerem quædam negotia ipsius Sedis in partibus Gallicanis, &c. A quo Pontifice creatus fuerit in certum, arbitraver tamen ab Urbano Papa 1111. uel certe ab eius successore Clemente 1111. qui ambo Galli erant in Cardinalium numerum ascritum.

D. IOANNES, Monachus Sanctæ Trinitatis Cauæ, Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis Cluniacensis, S. R. E. Cardinalis. Tabula Cauenses.

D. PETRVS, Monachus Monasterii Montis Casini, S. R. E. Subdiaconus Cardinalis.

A N N O T A T I O .

Petrus Diaconus de uir. ill. Montis Casini, cap. 43. huius sic meminit. Petrus Romanæ Ecclesiae Subdiaconus, & Casinensis Monachus, parvulus, & ipse in Casino suscepitus, rogatu Petri Diaconi, ac Bibliothecarii passionem beati Marci uersibus adornauit.

D. PETRVS, Monachus S. Trinitatis Cauæ, Ordinis, & Congregationis, ut supra, S. R. E. Cardinalis: & auctor Dictionarii Biblici, quod extat MS. in Bibliothecis Casinensi, & Cauensi, Tabula Cauenses.

Domnus Roscemanus, Monachus & ipse S. Trinitatis Cauæ, eiusdem & Ordinis & Congregationis: S. R. E. Cardinalis. Tabula Cauenses.

Car-